nos amorem diſſimulat, non animum deſpondeamus, ſed contra audentiores precibus noſtris eamus.

III. Canibus illam comparat, quod tamen patienter perfert.

VSVS.

Perſeverantiâ in fide, usq; ad mortem nobis opus eſt. Mat. 10. & 24. Apoc. 2.

DE III. LOCO.

Tandem victoria eſt penes mulierem: De fide enim ipſius ipſe Chriſtus: *O Mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis. Et ſanata eſt filia ejus, ex ipſa horâ.*

VSVS.

1. Liquet ex his verbis: *magna eſt fides tua*, DEUM neminem tentare ultra vires. Si enim magnam hanc fidem Chriſtus non agnoviſſet,, non tam duris tentationibus illam oneraſſet. 1 Cor. 10.

2. Fidem noſtram victoriam eſſe obſervetur. 1. Joh. 5.

3. Notetur etiam exemplum divinæ omnipotentiæ in eo, quod filia hujus mulieris ſanatur in illâ ipſâ horâ, &c.

DOMI-